

IACOBI CUIACII  
IURISCONSULTI

PRÆCLARISSIMI, REGII  
CONSILIARI,

Recitationes Solemnes,

IN DIGESTORVM LIBROS POSTE-  
riores, XXXVIII. XLI. & Sequentes.

OPVS VERE AVREVM, RARVM,  
CARVM, AC PRÆCLARVM, REIPVB. LITERARIÆ  
*ob multa, quæ continet, Critica, utilissimum,*

Bono Antecessorum Iurisac Studioforum, cum manuscripto,  
quo Cuiacius ipse uti solebat a Dn. BONGARSIO  
nobis communicato,

*Collatum, emaculatum, multisque mille mendis castigatum,*

A DN. DIONYSIO GOTHOFREDO PARISIENS. IC.

*Cum Gratia & Priuilegio Casar. Maiest.*



FRANCOFVRTI

E Collegio Paltheniano, Sumtibus  
Ionæ Rhodii.

---

M. DCV.



# IACOBI CUIACII

## IVRISCONSULTI CELE- BERRIMI,

### Recitationes Solemnes,

#### AD LIBRI XXXIIX. DIGESTORVM TITVLVM VI.

#### *Si tabulae testamenti nulla exstabunt, Vnde liberi.*

#### Ad Leg. L.

Posteaquam praeter locutus est de bonorum possessione eius, qui testatus est, transitum fecit ad intestatos, eum ordinem secutus, quem & lex 12. tabul secuta est. Fuit enim ordinarium, ante de iudiciis testantium, deinde sic de successione ab intestato loqui. §. 1. Sed successionem, ab intestato in plures partes diuisit. Fecit enim gradus varios: primum liberorum, secundum legitimorum, tertium cognatorum, deinde viri & uxoris. §. 2. Ita autem ab intestato potest competere bonorum possessio, si neque secundum tabulas, neque contra tab. bonorum possessio agnita sit. §. 3. Plane si tempora quaedam petenda bonorum possessionis ex testamento largiebantur, verum tamen, repudata est bon. possessio, dicendum est ab intestato bonorum possessionem iam incipere. Cum enim is, qui repudiavit, potest bonorum possessionem non potest post repudiationem, consequenter, ut ab intestato posse peti incipiat. §. 4. Sed etsi ex Carboniana edicto bon. possessio data sit magis est, ut dicere debeamus, ab intestato nihilominus posse pe-

**A** ti, ut enim suo loco ostendimus, non impedit bonorum possessionem edictalem Carboniana bonor. possessio. §. 5. Rele autem praeter alibi-  
**B** risaniam fecit ab intestato successibus; ut sicuti contra tabulas ipse deserit, ita & ab intestato ipse vocet. §. 6. Liberos autem accipere debemus, quos ad contra tabulas bonorum possessionem admittendos diximus, iam naturales, quam adoptiuos. Sed adoptiuos haecenus admittimus, si fuerint in potestate. Ceterum si successus fuerint, ad bonorum possessionem non inuitantur: quia adoptionis iura dissoluta sunt emancipatione. §. 7. Si quis filium suum emancipatum in locum nepotis adoptauit & emancipauit, eum haberet & nepotem e. c. eo. quae situm est apud Marcel-  
**C** lum, an adoptio rescissa impediatur nepotem. Sed cum soleat emancipato patri iungi nepos, quis non dicat, etsi adoptiuus sit, & quasi filius, nihilominus filio suo eum non obistere, quia quasi filius adoptiuus est in potestate, non quasi naturalis. §. 8. Si heres institutus non habeat voluntatem, vel quia incisa sunt tabulae vel quia cancellata, vel quia alia ratione voluntas testator mutauit, voluitque intestato decedere: dicendum est, ab intestato rem ha-